## 245.

**1217.**

*Hdschr.: Regest in einem alten Repertorium. Reg. Oo S. 364. Ernestin. Ges. Archiv Weimar.*

*Confirmatio Landgraff Ludwigs etc. dem Closter S. Katharin vor Eisennach uber 3 Huffen am Waldenstedt, welche Landgraff Herman wegen einer außwertigen fernen rays dahier legirt hatte, anno 1217.*

## 246.

*Landgraf Ludwig nimmt das Kloster Weissenstein in seinen Schutz und ertheilt ihm Zollfreiheit von allen Nahrungsmitteln und Kleiderwaaren.* **1217.**

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg (Fach 2775). S., an Pergamentstreifen, verloren. Phot. H. St. A.*
*Gedr.: Hist. und rechtsbegründete Nachr. Beil. No. 2.*

L[udovicus] dei gratia Thvringie lantgravius Saxogie comes palatinus universis presentem paginam inspecturis | salutem in eo, qui est salus omnium. Quia bonarum mentium est proximorum necessitatibus consulere, liquet, quod eorum, | qui relictis omnibus pauperem Christum pauperes sequuntur piis desideriis, pio debeamus affectu occurrere. Unde | discretionem vestram nosse desideramus, quod prepositum et conventum in Wizenstein sub protectionem nostram recipientes gratiam, quam sub patre nostro beatę memorie habuerunt, deo auctore inviolatam eisdem decrevimus observare adicientes, quod, quicquid in civitatibus et opidis nostris ad victum vel vestitum sibi comparaverint, iura thelonii nostri eis volumus relaxari. Quod, ut firmius apud nos et nostros observetur, scripto et sigillo nostro eos dignum duximus roborandos. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo cc̊ xvıı. his testibus: Wernero canonico Fritslariensi. Henrico scriptore. Domino Gisone de Gudensberg. Domino Guntero dapifero de Slatheim. Sibodone milite de Gudensberg. Wideroldo de Reingodeshusen et fratre suo. Hermanno Meisenboch. Cunrado de Worene. Reinhardo Haken et aliis quam pluribus.

(SD.)

## 247.

*Markgraf Dietrich beurkundet, daß Burggraf Meinher von Meißen dem Kloster Altzelle 3 Hufen in Domselwitz und 3 Hufen in Scheerau übertragen und die Schenkung im Landding zu Kolmitz anerkannt hat.*

**Landding Kolmitz, 1218 Jan. 8.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv No. 207. S. des Markgrafen, an gelbseidenen Fäden, = Taf. III. 2. Ein zweites S., des Burggrafen Meinher, an weißseidenen Fäden.*
*Gedr.: Märcker, Burggrafthum Meißen 405.*
*Anm.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio Celle sancte Marie in perpetuum.: | Dum aliorum benefactis per nostri assensus